

TYPUS SYSTEMATIS PTOLEMAEI,  
TERRAM IN MUNDI CENTRO LOCANS.



Iconismus I.

Cap: 4 lib: I.

obrotundæ modo considerari debere: quam circum aër undiquaque diffusus circumplectitur: eodemque modo aër è circumfuso igne confovetur. Quatuor enim his simplicibus, Terrâ quippe, Aquâ, Aëre, & Igne omnia constant, quæ mox in varias rerum species conformantur. Supra corpora hæc, ut fieri potest, orbicularia septem planetarum orbes alterum alteri instar corticum cepæ incumbentes, Astronomorum subtilitas adinvenit, Lunæ scilicet, Mercurii, Veneris,

Solis, Martis, Jovis & Saturni; supra Saturni sphaeram, stellarum Fixarum orbis esse creditur. Hucusque humanæ vis aciei fertur, totumque Cæli ambitum igneis quibusdam clavis confixum arbitratur. Supratamen stellas, Cælum aliud esse fertur, quod primum Mobile antiqui Sapientes vocant, utpote quod summi Dei (neque enim aliter credendum est) imperio concitatum, assidua rapidissimæque vertigine ruens ab oriente versus occasum, mox ab occasu ad orientem ter.